UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato, sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab eodem legato|| ...

**Hadrian <VI., Papst>**

**Norembergæ, 1523**

**VD16 K 320**

71 Qvemadmodvm Cavsae Prophanæ sub prætextu, denegatæ executionis ad ecclesiasticorum consistoria trahuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65406

Visual Library

tamen eccleſiaſtici iudices contra omnia iura,cauſas huiuſce
modi,ſolis ſibi,ſuæq; iuriſditioni vſurpare conantur . Quod
ipſum iuriſditioni ciuili nõ ferendum eſt onus ac grauamẽ.

## QVEMADMODVM CAVSAE PROPHA- næ ſub prætextu, denegatæ executionis ad eccleſiaſticorum conſiſtoria trahuntur.

71 Item ſi quãdo perſonæ laicæ in cauſis etiam omnino pro-
phanis,a iudicibus eccleſiaſticis citationes impetrare conen-
tur,prætendantq; magiſtratum ciuilem, debitã ſibi iuris exe-
cutionem facere neglexiſſe,anteq; ſummarie ſaltem per eui-
dens aliquod docuerint inſtrumentum,iuſtitiam, vt quęrun-
tur,ſibi denegatam , citationes tamen, atq; alij iudiciarij pro-
ceſſus a iudicibus eccleſiaſticis ad ſolam petentium quærelã
his decernuntur. Q; ſi deinceps ad petitionem, vel ciuilis iu-
dicis, aut partis in ius vocatæ, cauſæ huiuſcemodi ad ordi-
narium tribunal remittantur,præfigitur,ciuili iudici per bre
ue quatuor hebdomadarum,puta tempus fatale, intra quod
actoris intentioni & quærimoniæ ex integro,atq; ex aſſe exe
cutionis ordine ſatiſfaciat. Ac ſi in arctiſſimo ita p̄ſtituto ter-
mino,ſententia diffinitiua,aut non fertur, vel executioni la-
ta non mandatur,libertatem dehinc iudex eccleſiaſticus dat
actori laico , coram ſuo tribunali, vlterius procedendũ, fitq;
non raro,(mirum hoc auditu)vt cauſa,quæ intra menſis ſpa
cium coram ciuili conſiſtorio agitari , peragiq; debebat , ꝙ
hæc eadem apud eccleſiaſticum iudicem triennio, aut eo am
plius pendeat,hinc indeciſa.

72 Aiunt præterea iudices eccleſiaſtici,in talibꝰ caſibus, pro-
phanas ad ſe cauſas pertrahere ſibi licere , ſi magiſtratus ci-
uilis in adminiſtranda iuſtitiæ executione negligens inuenia
tur : e regione tamen ferre minime poſſunt , vt in pari caſu
idem iuris cum eis ſeruetur. Nimirum vt in cauſis eccleſiaſti-
cis quiſpiam de neglecto cultu iuſtitię ab eccleſiaſticis apud
laicos, aut ciuiles magiſtratus conqueri, ac iuſtitiam ſibi per